

# NOTITIAE

CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO



260

CITTÀ DEL VATICANO  
MARTIO 1988

# NOTITIAE

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica  
editi cura Congregationis pro Cultu Divino

Mensile - Spediz. Abb. Postale - Gruppo III - 70%

*Directio:* Commentarii sedem habent apud Congregationem pro Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta NOTITIAE. *Città del Vaticano. Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano - c.c.p. N. 00774000.*

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 30.000 - extra Italiam lit. 40.000 (\$ 45). Singuli fasciculi veneunt: lit. 6.000 (\$ 7) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 60.000 (\$ 60).

Libreria Vaticana fasciculos Commentarii mittere potest etiam *via aërea* Typis Polyglottis Vaticanis.

---

## 260 Vol. 24 (1988) - Num. 3

### *Acta Summi Pontificis*

« Duodecimum Saeculum » Ioannis Pauli II Epistula Apostolica . . . . . 167

### *Allocutiones Summi Pontificis*

Liturgie in den Pfarrgemeinden . . . . . 172  
Maria presente nella Liturgia . . . . . 173  
Liturgia presieduta dal Vescovo . . . . . 174

### *Congregatio pro Cultu Divino*

Liturgia Horarum. Editio Typica altera, vol. III. Tempus per annum - Hebdomadae I-XVII (M. L.) . . . . . 178

### Summarium decretorum:

Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcoporum circa interpretationes populares . . . . . 207  
Confirmatio textuum propriorum religiosorum . . . . . 208  
Calendaria particularia . . . . . 208  
Incoronationes . . . . . 208  
Patroni confirmatio . . . . . 209  
Missae votivae in Sanctuariis . . . . . 209  
Decreta varia . . . . . 209

### *Studia*

Liturgia e pietà popolare (Burkhard Neunheuser, o.s.b.) . . . . . 210

### *Nuntia et chronica*

XVI Settimana di studio APL d'Italia. Escatologia e Liturgia (Claudio Magnoli) . . . . . 218  
XXX Convegno liturgico-pastorale. Maria nel culto della Chiesa: tra Liturgia e pietà popolare (Rinaldo Falsini, o.f.m.) . . . . . 221  
Sociedad Argentina de Liturgia. Encuentro de estudios '88 . . . . . 223  
Célébration de la Messe du suffrage pour Dom Eugene Cardine . . . . . 226  
In memoriam Exc.mi Domini Guilford Clyde Young (1916-1988) . . . . . 230

## SOMMAIRE

### Actes du Saint-Père

*Lettre apostolique « Duodecimum Saeculum »* (pp. 167-171)

Le 4 décembre 1987 a été publiée la Lettre apostolique de Jean Paul II qui commence par les mots « Duodecimum Saeculum », pour rappeler les douze siècles passés depuis la célébration du 2<sup>e</sup> Concile de Nicée.

Les nn. 8-11 du document rappellent la tradition constamment conservée dans l'Église catholique sur la vénération des images, depuis le 2<sup>e</sup> Concile de Nicée jusqu'au 2<sup>e</sup> Concile du Vatican.

### Discours du Saint-Père (pp. 172-177)

Dans une allocution à un groupe d'évêques d'Allemagne en visite « ad limina Apostolorum », le Saint-Père a relevé l'importance de la liturgie dans la vie de l'Église locale et de la paroisse.

Au cours d'une liturgie en rite syro-maronite à Saint-Pierre, Jean Paul II a souligné la présence de la Vierge Marie dans la tradition liturgique antiochienne.

S'adressant à un groupe d'évêques italiens réunis à Rome pour une semaine de formation liturgique, le Saint-Père leur a parlé du style de la célébration présidée par l'évêque.

### Congrégation pour le Culte divin (pp. 178-206)

On trouvera ici la liste des modifications les plus importantes apportées dans le 3<sup>e</sup> volume de la nouvelle édition typique de *Liturgia Horarum*: elles concernent surtout les antiennes du *Benedictus* et du *Magnificat* pour les dimanches, selon les années A, B et C.

### Étude

*Liturgie et piété populaire* (pp. 210-217)

La contribution ici proposée entend répondre à la question: l'action liturgique est-elle suffisante à elle seule pour réaliser une vraie vie de prière?

L'auteur, le P. Burkhard Neunheuser, osb., étudie ce problème dans l'histoire de la spiritualité chrétienne. Le problème n'est pas nouveau; les Pères l'ont vécu dans un équilibre entre l'objectivité de la liturgie et la subjectivité d'une prière personnelle. Romano Guardini a retenu une solution aussi équilibrée: la liturgie et les expressions de la piété populaire sont positivement complémentaires: l'opinion de Guardini a trouvé — selon l'auteur — sa confirmation dans le 2<sup>e</sup> Concile du Vatican et dans la réforme post-conciliaire: les « exercices de piété du peuple », quand ils sont conformes aux lois et aux normes de l'Église, sont une aide notable pour le peuple chrétien quand il cherche à donner une réponse personnelle à l'élément objectif de toute l'action liturgique de l'Église.

## SUMARIO

### Actividad del Santo Padre

*Carta Apostólica « Duodecimum Saeculum » de Juan Pablo II (pp. 167-171)*

El 4 de diciembre de 1987 ha sido publicada la carta apostólica « Duodecimum Saeculum », de Juan Pablo II, conmemorando los doce siglos pasados desde la celebración del Concilio Niceno II. Los nn. 8-11 del documento recuerdan la tradición, constantemente conservada por la Iglesia católica, sobre la veneración de las imágenes.

### Discursos del Santo Padre (pp. 172-177)

El Santo Padre, hablando a un grupo de obispos de Alemania, en visita « ad limina Apostolorum », ha recordado la importancia de la liturgia en la vida de la iglesia local y de la parroquia.

Durante la celebración en rito Sirio-Maronita, Juan Pablo II se ha referido a la notable presencia de la Virgen María en los textos litúrgicos de la tradición antioquena.

A un grupo de obispos italianos, reunidos en Roma para un curso de actualización litúrgica, el Santo Padre ha ilustrado el estilo que ha de tener una celebración presidida por el obispo.

### Congregación para el Culto Divino (pp. 178-206)

Se publica la lista de las principales variaciones introducidas en el tercer volumen de la *Liturgia Horarum*, editio typica altera. Entre estas variaciones cabe destacar la serie de antifonas para el *Benedictus* y el *Magnificat* de los domingos, según los tres ciclos « A », « B » y « C ».

### Estudios

*Liturgia y piedad popular (pp. 210-217)*

¿Basta la sola acción litúrgica para suscitar una verdadera vida de oración? A esta cuestión trata de responder el P. Burkhard Neunheuser, o.s.b., examinando la historia de la espiritualidad cristiana. El problema no es nuevo: los Padres lo han experimentado buscando un equilibrio entre la objetividad de la liturgia y la subjetividad de una plegaria personal. Romano Guardini ha formulado una solución también equilibrada: Liturgia y expresión de la piedad popular se complementan. Según el autor, la opinión de Guardini ha sido convalidada por el Concilio Vaticano II y la reforma litúrgica postconciliar: los « pia populi exercitia », cuando son conformes a la ley y a las normas de la Iglesia, representan una ayuda notable para el pueblo cristiano en el esfuerzo de dar una respuesta personal al elemento objetivo de toda la acción litúrgica de la Iglesia.

## SUMMARY

### Activities of the Holy Father

*The Apostolic Letter "Duodecimum Saeculum" of Pope John Paul II* (pp. 167-171)

On 4th December 1987 was published the Apostolic Letter of the Holy Father which begins with the words "Duodecimum Saeculum" to commemorate the II Nicean Ecumenic Council from its celebration twelve centuries ago.

The numbers 8-11 of the Letter recall the constant tradition conserved in the Catholic Church concerning the veneration of sacred images from the Second Nicean Ecumenic Council to the Second Vatican Council.

### Addresses of the Holy Father (pp. 172-177)

In his address to a group of German Bishops in Rome for their "ad limina" visit, the Holy Father stressed the importance of the liturgy in the life of the local Church and that of the parishes.

In a liturgical celebration in Syro-Marionite rite Pope John Paul II put in evidence the presence of the Blessed Virgin Mary in the Antiochene liturgical tradition.

In his address to some Italian Bishops in Rome for an update course on the liturgy, the Holy Father dealt with the style which the celebration presided over by a Bishop should have.

### The Congregation for Divine Worship (pp. 178-206)

In this issue the Congregation for Divine Worship publishes a list of the most important changes regarding the Antiphons of *Benedictus* and *Magnificat* for Sundays, Years A, B and C, which are found in the 3rd Volume of the *Liturgia Horarum*, editio typica altera.

### Studies

*Liturgy and popular devotions* (pp. 210-217)

In the present article one finds a reply to the question "Whether the liturgical action is sufficient to formulate a true life of prayer?".

The author of the article, Father Burkhard Neunheuser osb., studies the above problem in the light of the history of christian spirituality. The problem is not a new one: The Fathers of the Church lived already in the balance between the objectivity of the liturgy and the subjectivity of the individual prayers. Romano Guardini also presented the same balanced solution: Liturgy and expressions of the popular devotions are positively complementary to each other: according to the author, the opinion of Guardini has found its echo in the Second Vatican Council and in the liturgical reform: "Popular devotions of the Christian people, provided that they conform to the laws and norms of the Church" are an valuable help for the christian people in what it is a personal answer to the objective element of the whole liturgical action of the Church.

## ZUSAMMENFASSUNG

### Akten des Hl. Vaters

*Apostolisches Schreiben »Duodecimum Saeculum« Johannes Pauls II. (S. 167-171)*

Am 4. Dezember 1987 wurde ein Apostolisches Schreiben des Hl. Vaters veröffentlicht, das mit den Worten »Duodecimum Saeculum« beginnt und der 1200-Jahrfeier des II. Konzils von Nicaea gewidmet ist.

In den Nr. 8-11 wird an die ununterbrochene Tradition der Katholischen Kirche betreffs der Verehrung der Bilder erinnert, die vom II. Nicaenum bis zum II. Vaticanum reicht.

### Ansprachen des Hl. Vaters (S. 172-177)

In einer Ansprache an eine Gruppe von Bischöfen aus Deutschland, die zum Ad-limina-Besuch nach Rom gekommen waren, hat der Hl. Vater die Bedeutung der Liturgie im Leben der Ortskirche und der Pfarrei herausgestellt.

Während einer Liturgiefeier im syrisch-maronitischen Ritus hat Papst Johannes Paul II. über Maria in der liturgischen Tradition von Antiochien gesprochen.

In einer Ansprache an italienische Bischöfe, die in Rom einen Kursus für liturgischen Weiterbildung besuchten, sprach der Hl. Vater vom Stil des Gottesdienstes, denen der Bischof vorsteht.

### Gottesdienstkongregation (S. 178-206)

Die Liste der wichtigsten Veränderungen, die im 3. Band der *Liturgia Horarum*, editio typica altera, vorgenommen wurden, wird hier veröffentlicht: diese betreffen vor allem die Antiphonen zum *Benedictus* und *Magnificat* der Lesejahre A, B und C.

### Studien

*Liturgie und Volksfrömmigkeit (S. 210-217)*

In diesem Beitrag wird eine Antwort gegeben auf die Frage, ob die Liturgie allein genüge, um ein wahres Gebetsleben zu ermöglichen. Der Autor, P. Burkhard Neunheuser OSB, untersucht dieses Problem in der Geschichte der christlichen Spiritualität. Es ist dort nicht neu: die Väter lebten im Gleichgewicht zwischen der Objektivität der Liturgie und der Subjektivität des persönlichen Gebetes.

Romano Guardini hat eine ebenso ausgeglichene Lösung vorgeschlagen: Liturgie und die Ausdrucksweisen der Volksfrömmigkeit ergänzen sich gegenseitig in positiver Weise: Diese Meinung von Guardini hat — nach Ansicht des Verfassers — ihre Bestätigung gefunden im II. Vatikanischen Konzil und in den nachkonziliaren Reformen: die »pia populi exercitia« sind, wenn sie den Gesetzen und Normen der Kirche entsprechen eine bemerkenswerte Hilfe für das christliche Volk, um eine persönliche Antwort auf das objektive Element der Liturgie der Kirche zu geben.

## « DUODECIMUM SAECULUM »

### IOANNIS PAULI PP. II EPISTULA APOSTOLICA \*

*Epistula Apostolica a Summo Pontifice Ioanne Paulo II, die 4 decembris 1987 data, in memoria S. Ioannis Damasceni, presbyteri et Ecclesiae doctoris, a verbis « Duodecimum Saeculum » incipiens, missa est ad universos Ecclesiae episcopos, occasione data duodecimi peracti saeculi a Concilio Nicaeno II celebrato.*

*Placet nobis hic referre ea, quae in nn. 8-11 eiusdem documenti inveniuntur, quaeque peculiari modo de « controversia de imaginibus » agunt.*

8. Horrenda illa « controversia de imaginibus », quae imperium Byzantinum Isauricis imperatoribus Leone III et Constantino IV discidit inter annum septingentesimum tricesimum et octogesimum iterumque Leone V imperante labefecit inter annum octingentesimum decimum quartum et quadragesimum tertium, maxime ipsa illa quaestione theologica explicatur, quae fuit iam a principio eius veluti cardo.

Haud sane periculum semper subesse ignorans, ne idololatriae consuetudines paganorum rursus aliquando emergerent, Ecclesia concessit ut Dominus ipse, Beata Virgo Maria, martyres et sancti picturis effingerentur vel simulacris, unde Christifidelium precatio ac pietas sustentarentur. Id omnibus sane patebat quod Sanctus Basilius sua aliqua formula inculcaverat, quam ipsum Concilium Nicaenum II iteravit: « imaginis honor ad exemplar transit ».<sup>1</sup> In occidentali orbe Pontifex Romanus Gregorius Magnus plurimum tribuerat didascalicae imaginum indoli in aedibus sacris: « Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur ut hi qui litteras nesciunt saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent »; neque veram illius contemplationis causam tradere omisit: « ut ex visione rei gestae ardorem compunctionis percipiant

\* *L'Osservatore Romano*, 5 febbraio 1988.

<sup>1</sup> *De Spiritu Sancto*, XVIII 45, 19, in: *SCb* 17 bis, p. 496; Nicaenum II, Horos, in: *MANSI* XIII, 378E.

et in adoratione solius omnipotentis Sanctae Trinitatis humiliter prosternantur ».<sup>2</sup> In hoc historico rerum nexu, Romae praesertim, saeculo octavo cultus imaginum Sanctorum Caelitum effloruit, unde mirabilia enata sunt artis opera.

Motus autem iconoclastarum, cum vera Ecclesiae abruptisset traditionem, imaginum venerationem esse censebat tamquam reditum ad idolatriam. Non sine inconstantia quadam et ambiguitate vetabant quominus Christus effingeretur atque in universum imagines religiosae exhiberentur; attamen permittere usque pergebant picturas profanas, nominatim imperatoris cum reverentiae signis, quae adiciebantur. Argumentationis iconoclastarum fundamentum christologicae erat indolis. Quomodo pingi Christus potest, qui in sua persona et divinam coniungit naturam et humanam, neque confundens eas neque seiungens? Fieri haud potest ut incomprehensibilis illius divinitas fingatur; at eum sola in humanitate praebere significat illum discindere, in ipso divinitatem segregare et humanitatem. Alterutram vera harum viarum eligere ad binas pariter haereses perducet christologicas inter se oppositas: monophysismi ac nestorianismi. Etenim arbitrans se Christum depingere in ipsius divinitate, se quis necessario cogit ut humanitatem eius abscondat; at imaginem non praebens nisi hominis, non patefacit illum Deum quoque esse.

9. Perplexa haec difficultas, ab ipsis iconoclastis proposita, quaestionem de opportunitate artis christianae longe est egressa; in dubium enim vocavit omnem christianam aestimationem veritatis ipsius Incarnationis, ac proinde necessitudinis inter Deum et mundum, inter gratiam et naturam: breviter, agebatur de proprietate « novi foederis », quod cum hominibus pepigit Deus in Iesu Christo. Probe hoc perspexerunt imaginum defensores: secundum vocem Patriarchae Constantinopolitani Sancti Germani, illustris quidem haeresis iconoclastarum victimae, inest tota « oeconomia divina secundum carnem », <sup>3</sup> quae in controversiam adducitur. Namque vultum Filii Dei humanum cernere, « qui est imago Dei invisibilis » (*Col* 1, 15), idem proinde est ac Verbum carnem factum

<sup>2</sup> Epistulae Sancti Gregorii Magni ad episcopum Serenum Massiliensem, in: MGH, *Gregorii I Papae Registrum Epistularum*, II, 1, lib. IX, 208, p. 195 et II, 2, lib. XI, 10, pp. 270-271; et in: *CChL* 140A, lib. IX, 209, p. 768 et lib. XI, 10, pp. 874-875.

<sup>3</sup> Cf. Theophane, *Chronographia* ad annum, 6221, ed. C. DE BOOR, I, Leipzig, 1883, p. 404 vel PG 108, 821C.

videre (cf. *Io* 1, 14), Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi (cf. *Io* 1, 29). Valet ars ideo ipsa demonstrare formam effigiemque faciei Dei humanae atque intuentem perducere ad mysterium ineffabile eiusdem Dei propter nostram salutem hominis facti. Sic etiam Hadrianus PP. scripsit: « ipsae sacrae imagines permanentes ab omnibus fidelibus honorantur, ut per visibilem vultum ad invisibilem divinitatis maiestatem mens nostra rapiatur spirituali affectu per contemplationem figuratae imaginis secundum carnem quam Filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est: eundem redemptorem nostrum qui in caelis est, adoremus et in spiritu glorificantes collaudemus; quoniam iuxta ut scriptum est, *Deus spiritus est* et ob hoc spiritualiter divinitatem eius adoramus ».<sup>4</sup>

Concilium Nicaenum II sollemniter propterea translaticiam roboravit distinctionem inter « veram latrariam, quae secundum fidem est quaeque solam divinam naturam decet, impartendam » atque « honorariam adorationem » (*timetikè proskynesis*) imaginibus tributam, quoniam « qui adorat imaginem adorat in ea depicti substantiam ».<sup>5</sup>

Christi iconographia omnem complectitur fidem in veritate ipsa Incarnationis et in eius significatione pro Ecclesia hominibusque inexhausta. Eam ideo si Ecclesia adhibet, idcirco facit quod pridem sibi persuasit Deum in Iesu Christo revelatum carnem revera redemisse ac sanctificasse una cum universo aspectabili mundo, id est, hominem quinque instructum sensibus, ut is esse possit « qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit eum » (*Col* 3, 10).

10. Sanxit itaque Concilium Nicaenum II traditionem, quae docet esse « venerabiles ac sanctas imagines proponendas, tam quae de coloribus et tessellis, quam quae ex alia materia congruenter in sanctis Dei ecclesiis et sacris vasis et vestibis et in parietibus ac tabulis, domibus et viis: tam videlicet imaginem Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quam intemeratae Dominae nostrae Sanctae Dei Genitricis honorabiliumque angelorum et omnium sanctorum simul et aliorum virorum ».<sup>6</sup> Simul in orientali simul in orbe occidentali huius Concilii magisterium artem enutrivit Ecclesiae atque peperit denique opera pulchritudinis et altitudinis pariter maximae.

Nominatim vero tum Ecclesia Graeca tum Ecclesiae Slavicae in insignium theologorum operibus innixae, qui fuerunt imaginum cultores,

<sup>4</sup> Hadriani Primi epistula ad imperatores, in: MANSI XII, 1061C-D.

<sup>5</sup> Horos, in: MANSI XIII, 378E.

<sup>6</sup> *Id.*, 378D.

videlicet Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus' atque Sanctus Theodorus Studita, imaginem reputaverunt veluti complementem aliquam liturgiae sacrae partem haud secus atque verbi celebrationem. Perinde ac librorum materialium lectio sinit vivens Domini percipi Verbum, item omnino pictae imaginis exhibitio contemplantibus permittit ut per visum ad salutis perveniant mysteria. « Attamen (sermo) exaratus est hic quoque per chartam et atramentum. Sic et in imagine per varios colores aut aliam forte materiam excuditur ».<sup>7</sup>

Ecclesia Romana in occidente eminuit continuo suo sine intermissione favore in imagines,<sup>8</sup> tum in primis maximo in rerum discrimine, cum inter annum octingentesimum vicesimum quintum et quadragesimum tertium imperia hinc Byzantinum illinc Francorum hostilia sese gerebant adversus Concilium Nicaenum II. In Concilio deinde Tridentino Ecclesia catholica rursus confirmavit constantem doctrinam ut efficaciter novae iconoclasmi rationi occurreret tunc temporis emergenti. Recentius vero Concilium Vaticanum II sobrio sermone renovavit perpetuam Ecclesiae de imaginibus mentem<sup>9</sup> necnon de sacra universim arte.<sup>10</sup>

11. Iam nonnulla decennia animadverti licet augescens quoddam studium et theologiae et doctrinae spiritualis super iconibus orientalibus; quod documentum est crescentis etiam necessitatis quasi cuiusdam linguae spiritualis, qua ars veri nominis cristiana utatur. Hac ideo in re facere non possumus quin fratres in Episcopatu Nostros cohortemur id ut perquam diligenter servent quod Concilium praestituit: « Firma maneat praxis, in ecclesiis sacras imagines fidelium venerationi proponendi »;<sup>11</sup> omniaque similiter suscipiant ut plura in dies monumenta artis generentur reapse dignitatis ecclesialis. Christifideles huius aetatis, quemadmodum et priorum temporum, oportet et ipsi adiuvari possint sua in precatione vitaeque sua spirituali per contemplationem artificiorum contententium exprimere mysterium, nullatenus autem oculere. Haec porro ratio est, quam ob rem hodie perinde atque antehac, fides ipsa necessarius sit ecclesialis artis stimulus.

<sup>7</sup> Theodorus Studita, *Antirrheticus*, 1, 10, in: PG 99, 339D.

<sup>8</sup> Cf. Hadriani epistula ad Carolum Magnum, in: MGH, *Epistulae V (Epistulae Karolini Aevi*, t. III), pp. 5-57; vel PL 98, 1248-1292.

<sup>9</sup> Cf. Constitutiones *Sacrosanctum Concilium*, 11, 1; 125; 128; *Lumen Gentium*, 51; 67; *Gaudium et Spes* 62, 4-5; Etiam Codex Iuris Canonici can. 1255 et 1276.

<sup>10</sup> *Sacrosanctum Concilium*, 122-124.

<sup>11</sup> *Id.*, 125.

Ars tamen artis gratia, quae ad neminem nisi ad suum refertur artificem neque ullam instituit cum rebus divinis coniunctionem, nullum obtinet in christiana imaginis notione locum. Quodcumque enim sibi induerit genus, omnis ars sacra fidem declarare debet spemque Ecclesiae. Tota imaginis sacrae traditio comprobatur artificem ipsum conscium sibi esse debere munus aliquod se complere ad Ecclesiae ministerium.

Illa demum vera habetur ars christiana, quae ex sensuum perceptione efficiat ut intellegatur Dominum ipsum sua adesse in Ecclesia, historiae praeterea eventus significationem addere vitae nostrae eamque dirigere, tandem gloriam, nobis promissam, iam transfigurare existentiam nostram. Ars sacra debet ideo illuc spectare ut summam nobis praebeat aspectabilem omnium rationum partiumque fidei nostrae. Ecclesiae artificia eo contendere debent ut quasi « lingua » Incarnationis utantur Eumque per materiae elementa commonstrent, qui « in materia habitare voluit, quo per materiam salutem meam operaretur » secundum perpulchram Sancti Ioannis Damasceni formulam.<sup>12</sup>

Nova haec fere imaginis christianae detectio adiuvabit etiam ut conscii homines fiant quam sit necesse vehementer agere contra ipsa effecta, quae personam humanam exinaniant saepiusque deiciant, illarum multiplicium imaginum, quae vitam nostram afficiant in nuntiis publicis communicationisque socialis instrumentis. Nam imago illa est quae aspectum in nos Auctoris invisibilis dirigit aditumque nobis ad res recludit spirituales et eschatologicas.

<sup>12</sup> *Sermo de imaginibus*, I, 16, in: PG 94, 1246A; et ed. KOTTER, I, 16, p. 89.

# Allocutiones Summi Pontificis

---

## LITURGIE IN DEN PFARRGEMEINDEN

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II, die 23 ianuarii 1988 habita, ad quendam coetum Episcoporum Germaniae (Nord-Ovest), qui visitationis causa « ad limina Apostolorum » Romam venerant.\**

Das II. Vatikanische Konzil hat Anstöße gegeben, um das Nachdenken über die Gemeinschaft der Gläubigen auf Pfarr- und Diözesanebene anzuregen und das Leben in ihr zu erneuern. In Eurem Land ist dies besonders intensiv geschehen. Ihr konntet dabei auf viele gute Erfahrungen zurückgreifen, die schon vor jener Kirchenversammlung gewachsen waren, wie zum Beispiel die Liturgische Bewegung und die Erneuerung des Laienapostolats. Viele Mühen galten dem inneren und äußeren Aufbau lebendiger Pfarrgemeinden.

Besonders fruchtbar hat sich dies für die *Gestaltung der Gottesdienste und der Sakramente* erwiesen. Achtet jedoch darauf, daß die Normen der liturgischen Erneuerung auch überall beachtet werden. Sonst entstehen leicht bedauerliche Mißverständnisse: manche lasten dem Konzil und der liturgischen Erneuerung an, was in Wirklichkeit nicht Absicht der Kirche ist, sondern auf einzelne, die willkürlich handeln, zurückgeht. Jeder, der am liturgischen Handeln der Kirche mitwirkt, muß sich bewußt bleiben, daß er einen heiligen Dienst tut, der verlangt, daß der einzelne sich einfügt in das Ganze der betenden Kirche und in die ihm zugewiesene Aufgabe.

Er muß sich dabei vor jeder Überbetonung der eigenen Person hüten. Auf der Grundlage solcher Dienstbereitschaft kann jeder gewiß auch seine persönlichen Fähigkeiten einbringen. Vor allem der Priester **darf** nie vergessen, daß er »im Namen und in der Person Jesu Christ handelt«, wie eine lange Überlieferung lehrt. Er muß ganz zurücktreten können hinter dem Herrn, den er verkündigt.

Sorgt also für diese grundlegende Spiritualität aller Ämter und Dienste, die im Gottesdienst Aufgaben wahrnehmen. Sonst besteht

\* *L'Osservatore Romano*, 24 gennaio 1988.

die Gefahr, daß das heilige Geschehen der Liturgie zu einem bloßen Menschenwerk verflacht. Gottesdienst ist wesentlich auf Anbetung und Lobpreis hingeordnet. Wir danken Gott für seine Gaben und empfangen sie durch sein Handeln. Dies kann, wie der Reichtum der Kirche an Gebeten und Riten zeigt, auf vielfache Weise geschehen. Beachtet auch Zeiten für Stille und Schweigen, für Besinnung und persönliches Gebet in den Gottesdiensten. Das gesprochene und verkündigte Wort muß aus dem Wurzelboden der Anbetung und des ehrfürchtigen Schweigens erwachsen.

Ich bin Euch dankbar, daß Ihr immer wieder — zum Teil auch in ökumenischen Verlautbarungen mit den evangelischen Kirchen — auf die Heiligung des Sonntags und seine Bedeutung für eine wahrhaft menschliche Kultur hinweist. Die Eucharistiefeyer der Pfarrgemeinde ist dabei ein Höhepunkt, der durch nichts vollgültig ersetzt werden kann. Darum stütze ich Euch darin, daß Ihr diese Einzigartigkeit der sonntäglichen Eucharistiefeyer auch im Blick auf den Wunsch nach vermehrten ökumenischen Gottesdiensten beachtet.

## MARIA PRESENTE NELLA LITURGIA

*Ex homilia Summi Pontificis Ioannis Pauli II die 2 februarii 1988 in Basilica Vaticana habita, durante celebratione eucharistica in ritu syro-maronitico.\**

Carissimi fratelli e sorelle, figli e figlie della gloriosa tradizione antiochena, che unisce insieme siri e maroniti, e mostra nei malankaresi la fecondità di un cristianesimo capace di accogliere e valorizzare culture anche remote, voi oggi celebrate con noi questo evento di salvezza. La liturgia maronita esalta con parole altissime l'odierno sublime mistero; « Figlio eterno, con la tua nascita secondo la carne tu hai allontanato dagli uomini la maledizione, poi sei entrato nel tempio, portato tra le braccia della Vergine, tua madre ... Concedici di essere tempio dove tu dimori » (dalla *Preghiera della sera*). « Tu sei la speranza che i giusti hanno atteso, desiderando di vederla; tu sei entrato nel tempio come offerta per gli uomini; Simeone ti vide, ti riconobbe, ti portò tra le

\* *L'Osservatore Romano*, 4 febbraio 1988.

braccia e ti benedisse. Concedici dunque di vederti in ogni uomo e di riconoscerti in ogni avvenimento » (dalla *Pregghiera del mattino*).

Maria, in questo anno a Lei dedicato, nel quale tanto opportunamente questa liturgia si inserisce, oggi è particolarmente presente al mistero che celebriamo. È presente perché le sue braccia di Madre presentano a Dio il Verbo incarnato; ed è presente in questo momento liturgico che stiamo vivendo, per quel legame intimo che la unisce alla Eucaristia. « Maria ci ha dato il Pane del riposo in luogo del pane del travaglio procurato da Eva » come canta S. Ephrem, la « cetra dello Spirito Santo » (*Inno sul pane non lievitato*, n. 6).

E quale splendida testimonianza di amore alla Vergine Madre ci è trasmessa dalla tradizione dei Siri! Alla vostra sensibilità, così partecipe della lotta fra tenebre e chiarore, così rapita nella contemplazione della luce celeste, anche Maria si presenta come colei che è abitata dalla luce divina, capace di trasfigurare e purificare la pesantezza della opacità umana. « Come in un occhio — sono ancora parole di San Ephrem — la luce ha posto dimora in Maria, ha reso lucida la sua mente, sfolgorante il suo pensiero, pura la sua comprensione, facendo brillare la sua verginità » (*Inno sulla Chiesa*, n. 36). La vostra liturgia, continuamente protesa ad afferrare la luce divina che scende dall'alto, vede davvero nella Madre di Dio il rovetto ardente ove si cela e manifesta ad un tempo lo splendore divino.

## LITURGIA PRESIEDUTA DAL VESCOVO

*Allocutio Summi Pontificis Ioannis Pauli II die 12 februarii 1988 habita, ad nonnullos Episcopos Italiae, qui cursum de instauratione liturgica Romae participaverant.\**

Venerati Fratelli nell'episcopato,

Siate i benvenuti! A tutti il mio saluto cordiale. Voi siete convenuti a Roma aderendo all'iniziativa della Commissione Liturgica della Conferenza Episcopale Italiana, che ha promosso un corso di aggiornamento sul tema: « Celebrare oggi ». Mi rallegro con gli organizzatori e con ciascuno di voi.

\* *L'Osservatore Romano*, 13 febbraio 1988.

Senza riprendere i diversi punti toccati nel corso di questa settimana, vorrei sottolineare l'importanza della liturgia presieduta dal vescovo e nella sua stessa vita.

1. Il ruolo del vescovo come maestro, santificatore e pastore nella sua Chiesa è particolarmente evidente nella celebrazione della santa liturgia, che egli compie con i membri del Presbiterio e col popolo (*Caer. Ep.*, 11). Giustamente il Vaticano II ha sottolineato: « Tutti devono dare la più grande importanza alla vita liturgica della diocesi che si svolge intorno al vescovo, principalmente nella chiesa cattedrale: convinti che c'è una speciale manifestazione della Chiesa nella partecipazione piena e attiva di tutto il popolo santo di Dio alle medesime celebrazioni liturgiche, soprattutto alla medesima Eucaristia, alla medesima preghiera, al medesimo altare cui presiede il vescovo circondato dai suoi sacerdoti e ministri » (*Sacrosanctum Concilium*, 41).

Quando il vescovo celebra in mezzo al popolo a lui affidato, è il mistero stesso della Chiesa che si manifesta mediante la celebrazione legittima dell'Eucaristia (cfr. *Caer. Ep.*, 7); egli è il grande sacerdote del suo popolo. « Mediante la predicazione del Vangelo, nella forza dello Spirito, egli chiama gli uomini alla fede oppure li conferma nella fede ... » (*Caer. Ep.*, 6), e mediante i sacramenti egli santifica i fedeli (cfr. *Ibid.*, 7). È perciò necessario che il vescovo sia fortemente convinto dell'importanza di tali celebrazioni per la vita cristiana dei suoi fedeli. Esse devono essere un modello per tutta la diocesi.

2. Affinché tutto si svolga in modo da manifestare nel medesimo tempo l'unità della Chiesa locale e la diversità delle funzioni, è importante che il vescovo sia circondato da preti, da diaconi, e da altri ministri, che compiano ciascuno la loro funzione. Bisogna che la chiesa dove il vescovo celebra, in particolare la sua chiesa cattedrale, sia un modello degno e appropriato e dimostri « in maniera esemplare alle altre chiese della diocesi quello che prescrivono i documenti e i libri liturgici per la disposizione e la decorazione delle chiese » (*Caer. Ep.*, 46).

Importa che il ruolo della *schola* e quello dell'organista siano armonizzati, che i canti eseguiti siano vera espressione della fede, conformi sia alle regole liturgiche che alle norme dell'arte, che manifestino il carattere universale delle celebrazioni presiedute dal vescovo e permettano la partecipazione del popolo (*Caer. Ep.*, 40).

Perché ciascuno sappia quello che ha da fare o da dire, perché tutto si svolga con ordine, semplicità e bellezza, è indispensabile la

presenza del maestro delle cerimonie, discreto e attento a tutto (*Caer. Ep.*, 34-35).

Queste sono alcune indicazioni, che voi potete trovare più particolareggiate nel *Cerimoniale dei vescovi*, pubblicato nel 1984, a voi particolarmente destinato. Esso contiene tutto ciò che è necessario compiere nell'anno liturgico per ottenere una liturgia episcopale che sia semplice e nobile nel medesimo tempo, piena di efficacia pastorale e in grado di servire da modello per tutte le altre celebrazioni.

3. Tutto ciò è importante, ma per capire pienamente il valore della liturgia bisogna scendere più in profondità (cfr. *Synodus extraor. Ep. 1985, relazione finale*).

*In primo luogo*, è per mezzo della Liturgia che si raggiunge oggi il mistero della salvezza. Quando il vescovo offre il sacrificio eucaristico e celebra i sacramenti, trasmette quello che lui stesso ha ricevuto dalla tradizione che viene dal Signore (cfr. *1 Cor 11, 25*), e edifica in tal modo la Chiesa. Questa non ha la sua origine nella volontà dei discepoli, quasi avessero deciso di dare ai riti dell'antica alleanza una forma nuova. La Chiesa è stata creata come nuovo popolo di Dio intorno alla tavola dell'ultima cena, come ho sottolineato nella Lettera *Dominicae Cenaе* (cfr. n. 4). Essa è continuamente fondata dai gesti di Cristo, compiuti in suo nome da ministri ordinati: è così che essa può associarsi al mistero della morte e della risurrezione del Signore e ricevere il suo Spirito vivificante.

Per questo il Concilio Vaticano II ha affermato che « La Liturgia è il culmine verso cui tende l'azione della Chiesa e, insieme, la fonte da cui promana tutta la sua virtù » (*S. C. 10*). Ciò dice l'importanza della celebrazione liturgica, poiché si tratta di esprimere con parole e gesti, la grazia straordinaria che ci è fatta, di fare sentire e manifestare il dono di Dio, che è lo stesso Cristo.

La celebrazione liturgica è, *in secondo luogo*, alimento di una autentica vita cristiana, sia personale che comunitaria. Quando celebriamo la liturgia, noi partecipiamo ai misteri della redenzione, compiuti da nostro Signore, e comunichiamo alla vita del Padre insieme con tutti i fratelli come noi redenti: rappresentiamo l'universo riconciliato con Dio. Quello che celebriamo in spirito e verità, noi lo viviamo, pregustando nello Spirito ciò che saremo eternamente. Quando la liturgia è celebrata, la Chiesa è rivelata a se stessa, ciascuno di noi è rivelato a se medesimo. Sono momenti di pienezza e di grazia.

Perché si possa realizzare questa esperienza vera di conversione a Dio, bisogna che la celebrazione sia rivolta a tutto l'uomo non solamente alla sua intelligenza, ma anche ai suoi sensi. Da qui deriva il posto da farsi a ogni elemento di bellezza: al canto, alla musica, alla luce, all'incenso. Da qui anche la necessità di una certa durata della celebrazione e di una sua articolazione interna ben strutturata.

4. *Infine*, la celebrazione è sorgente della missione della Chiesa e di ciascun cristiano.

Il dinamismo missionario non viene dalla volontà degli uomini, che decidono di farsi propagatori della loro fede. Esso nasce dallo Spirito, che spinge la Chiesa a dilatarsi. Esso progredisce per la fede nell'amore di Dio. La celebrazione liturgica è il momento in cui i cristiani scoprono, in Cristo e nella Chiesa, il volto di Dio e il suo dono ineffabile, è il momento in cui scoprono che essi stessi sono amati fino all'estremo. Se la celebrazione sarà tale, la testimonianza e la missione non potranno che nascere da questa certezza.

Che il vostro modo di celebrare sia l'espressione stessa della vostra fede. Ciò sarà per i vostri fedeli una testimonianza e un esempio. Così si potrà realizzare in ciascuna delle vostre Chiese locali ciò che Sant'Ignazio di Antiochia augurava alla Chiesa di Filadelfia: « Non c'è che una sola carne di nostro Signor Gesù Cristo e un solo calice per unire, come un solo vescovo con il presbiterio e i diaconi. Così tutto ciò che fate, fatelo secondo Dio » (*Phil* 1).

Con questo augurio, ed a conferma dei sentimenti di fraterna comunione che mi uniscono a voi, e per vostro tramite, ai fedeli delle vostre Chiese, vi imparto di cuore la mia Benedizione.

# Congregatio pro Cultu Divino

---

## LITURGIA HORARUM

ED. TYPICA ALTERA, VOL. III

« TEMPUS PER ANNUM - HEBDOMADAE I - XVII »

In continuazione con quanto pubblicato nei numeri 235 (febb. 1986) e 248 (mar. 1987) circa il primo e secondo volume della *editio typica altera* della *Liturgia Horarum*, nella presente nota viene data indicazione (I) di alcune varianti di maggior rilievo rispetto alla prima edizione tipica, e (II) si riporta di seguito la triplice serie delle antifone al Benedictus e al Magnificat per gli anni A, B, C in relazione al brano evangelico delle domeniche per annum contenute nel terzo volume della *Liturgia Horarum*.

### I (VARIANTI)

Tra le *Lectiones biblicae*, riprese dal testo della *Nova Vulgata*, sono da notare una lettura presa dal *Qobelet* e una dal libro dei Giudici. Nella prima, che si trova nella Hebdomada VII, feria V il testo di *Qo* 7, 1-29 della *Vulgata* corrisponde a *Nova Vulgata Qo* 6, 11-7, 28. L'inizio della Lettura ha dovuto essere adattato al nuovo testo. Nella seconda, che si trova nella Hebdomada XI, feria III, il testo di *Iudc* 6, 1-6. 11-24 non si arresta alla prima parte del vers. 24, ma lo integra tutto.

Alcune maggiori varianti sono state apportate in quattro *Lectiones breves*. Nel Salterio, *Hebdomada I, feria IV ad Laudes matutinas* il

testo di *Tob* 4, 16-17. 19-20 è divenuto *Tob* 4, 15a. 16ab. 19, con una ampliamento del senso:

Atténde tibi, fili, in ómnibus opéribus tuis et esto sápiens in ómnibus sermónibus tuis et, quod óderis, némini féceris. De pane tuo commúnica esuriénti et de vestiméntis tuis nudís; ex ómnibus, quæcúmque tibi abundáverint, fac eleemósynam. Omni témpore bénedic Dóminum et póstula ab illo, ut dirigántur viæ tuæ et omnes sémitæ tuæ et consília bene disponántur.

Ancora nel Salterio: *Hebdomada III, feria V ad Nonam* non avendo il testo di *Est* 10, 9 della *Vulgata* riscontro nella *Nova Vulgata* si è sostituito con il testo di *Est* 10, 3 f:

Gens Israel, sunt illi, qui clamavérunt ad Dóminum; et salvum fecit Dóminus pópulum suum liberavítque nos de ómnibus malis et fecit signa magna atque porténta, quæ non sunt facta inter gentes.

Alle *Laudes matutinae* della *Hebdomada IV* nella *feria II* si presentava identica situazione per testo di *Iudt* 9, 21b-23. È stato sostituito con il seguente testo da *Iudt* 8, 25-27:

Grátias agámus Dómino Deo nostro, qui temptat nos sicut et patres nostros. Mémoires estóte quanta fécerit cum Abraham et Isaac, et quanta facta sint Iacob. Quia non sicut illos combússit in inquisitionem cordis illórum et in nos non ultus est, sed in monitionem flagéllat Dóminus appropinquántes sibi.

Il testo di *Eph* 2, 19-20 che si legge alle *Laudes matutinae* del Comune degli Apostoli, e nelle feste dei medesimi è talvolta riportato per esteso, è divenuto di fatto: *Eph* 2, 19-22, pur corrispondendo il contenuto.

Nell'*Appendix* tra i Cantici *pro vigiliis*, il Cantico da *Is* 33, 2-10 è stato disposto in modo da far risaltare la stesura della *Nova Vulgata*, come è possibile notare dal raffronto dei due testi:

LH<sup>1</sup>, III, 1593 - 1594:

Dómine, miserére nostri, te enim expectávimus; †  
esto bráccium nostrum in mane, \*  
et salus nostra in témpore tribulatiónis.

A voce ángeli fugérunt pópuli, \*  
et ab exaltatióne tua dispérsæ sunt gentes.  
Et congregabúntur spólia vestra  
sicut collígitur bruchus, \*  
velut cum fossæ plenæ fúerint de eo.

Magnificátus est Dóminus, †  
quóniam habitávit in excélsso, \*  
implévit Sion iudício et iustítia.  
Et erit fides in tempóribus tuis; †  
divítiæ salútis, sapiéntia et sciéntia: \*  
timor Dómini ipse est thesáurus eius.

Ecce vidéntes clamábunt foris, \*  
ángeli pacis amáre flebunt.  
Dissipátæ sunt viæ, cessávit tránsiens per sémitan; †  
írritum factum est pactum, \*  
proiécit civitátes, non reputávit hómínes.

Luxit et elánguit terra, \*  
confúsus est Líbanus et obsórduit,  
et factus est Saron sicut desértum, \*  
et concússa est Basan et Carmélus.  
« Nunc consúrgam, dicit Dóminus, \*  
nunc exaltábor, nunc sublevábor ».

LH<sup>2</sup>, III, 1689 - 1690:

- <sup>2</sup> Dómine, miserére nostri, \*  
te enim exspectávimus;  
esto bráchium nostrum in mane \*  
et salus nostra in témpore tribulatiónis.
- <sup>3</sup> A voce fragóris fugérunt pópuli, \*  
ab exaltatióne tua dispérsæ sunt gentes.
- <sup>4</sup> Et congregabúntur spólia, sicut collígitur bruchus; \*  
sicut discúrrunt locústæ, ad ea discúrritur.
- <sup>5</sup> Sublímis est Dóminus, quóniam hábitat in excélso; \*  
implet Sion iudício et iustítia.
- <sup>6</sup> Et erit fírmitas in tempóribus tuis; †  
divítiæ salútis sapiéntia et sciéntia: \*  
timor Dómini ipse est thesáurus eius.
- <sup>7</sup> Ecce præcónes clamábunt foris, \*  
ángeli pacis amáre flebunt.
- <sup>8</sup> Dissipátæ sunt viæ, \*  
cessávit tránsiens per sémitam;  
írritum fecit pactum, \*  
reiécit testes,  
non reputávit hómnes.
- <sup>9</sup> Luget et elanguéscit terra, \*  
confúsus est Líbanus et obsórduit,  
et factus est Saron sicut desértum, \*  
et exaruérunt Basan et Carmélus.
- <sup>10</sup> « Nunc consúrgam, dicit Dóminus, \*  
nunc exaltábor, nunc sublevábor ».

## II (ANTIFONE)

Per ogni antifona si indica la referenza biblica e il brano evangelico della Messa del giorno con il riferimento all'*Ordo Lectionum Missae* del 1981.

Quando ad una antifona è premesso un asterisco si vuole indicare che detta antifona si trovava già nella edizione precedente della *Liturgia Horarum*, e che il testo non è stato adeguato alla *Nova Vulgata* sia perché in essa non appariva cambiato, sia perché dal cambiamento sarebbe risultato molto mutato lo scopo inteso con l'antifona.

M. L.

## DOMINICA II PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, alleluia.

(Io 1, 29b; OLM n. 64: Io 1, 29-34; LH<sup>2</sup> 3, 60; cf. LH<sup>1</sup> 3, 55)

Anno B

Audierunt Ioannem duo discipuli, et secuti sunt Iesum dicentes: Rabbi, ubi manes? Dicit eis: Venite et videte.

(Io 1, 37. 38b. 39a; OLM n. 65: Io 1, 35-42; LH<sup>2</sup> 3, 60)

Anno C

\* Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat ibi Iesus cum Maria matre sua.

(Cf. Io 2, 1; OLM n. 66: Io 2, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 60; cf. LH<sup>1</sup> 3, 58)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Hoc est testimonium quod perhibuit Ioannes: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.

(Cf. Io 1, 30b; OLM n. 64: Io 1, 29-34; LH<sup>2</sup> 3, 63)

Anno B

\* Venerunt discipuli et viderunt ubi maneret Iesus, et apud eum manserunt die illo.

(Io 1, 39b; OLM n. 65: Io 1, 35-42; LH<sup>2</sup> 3, 63; cf. LH<sup>1</sup> 3, 58)

Anno C

Dicit mater Iesu ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Et iussit Iesus impleri hydrias aqua, quae in vinum conversa est.

(Cf. Io 2, 5. 7; OLM n. 66: Io 2, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 63)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Descendit Spiritus quasi columba de caelo, et mansit super Iesum: Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto.

(Cf. Io 1, 33; OLM n. 64: Io 1, 29-34; LH<sup>2</sup> 3, 64)

Anno B

Dixit Andreas Simoni fratri: Invenimus Messiam. Et adduxit eum ad Iesum.

(Io 1, 41b. 42a; OLM n. 65: Io 1, 35-42; LH<sup>2</sup> 3, 64)

Anno C

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae, et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius.

(Io 2, 11; OLM n. 66: Io 2, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 64)

## DOMINICA III PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Dicit Dominus: Paenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum.

(Mt 4, 17b; OLM n. 67: Mt 4, 12-23; LH<sup>2</sup> 3, 87)

## Anno B

Venit Iesus in Galilaeam praedicans Evangelium Dei, et dicens: Impletum est tempus et appropinquavit regnum Dei: paenitemini et credite Evangelio.

(Mc 1, 14b-15; OLM n. 68: Mc 1, 14-20; LH<sup>2</sup> 3, 87)

## Anno C

Venit Iesus in virtute Spiritus, et docebat die sabbati in synagogis, et magnificabatur ab omnibus.

(Lc 4, 14a. 15; OLM n. 69: Lc 1, 1-4; 4, 14-21; LH<sup>2</sup> 3, 87)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Ambulans iuxta mare Galilaeae vidit duos fratres, mittentes retes in mare, et vocavit eos. Illi autem continuo, relictis retibus, secuti sunt eum.

(Mt 4, 18. 20; OLM n. 67: Mt 4, 12-23; LH<sup>2</sup> 3, 91)

## Anno B

\* Venite post me, dicit Dominus; faciam vos fieri piscatores hominum.

(Mc 1, 17; OLM n. 68: Mc 1, 14-20; LH<sup>2</sup> 3, 91; cf. LH<sup>1</sup> 3, 84)

## Anno C

\* Spiritus Domini super me, evangelizzare pauperibus misit me.

(Lc 4, 18a; OLM n. 69: Lc 1, 1-4; 4, 14-21; LH<sup>2</sup> 3, 91; cf. LH<sup>1</sup> 3, 84)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

\* Praedicabat Iesus Evangelium regni, et sanabat omnem infirmitatem in populo.

(Cf. Mt 4, 23b; OLM n. 67: Mt 4, 12-23; LH<sup>2</sup> 3, 92; cf. LH<sup>1</sup> 3, 80)

Anno B

Relictis retibus suis, secuti sunt Dominum et Redemptorem, alleluia.

(Cf. Mc 1, 18; OLM n. 68: Mc 1, 14-20; LH<sup>2</sup> 3, 92)

Anno C

Cum plicuisset librum, coepit Iesus dicere ad illos: Hodie impleta est haec Scriptura in auribus vestris.

(Lc 4, 20a. 21; OLM n. 69: Lc 1, 1-4; 4, 14-21; LH<sup>2</sup> 3, 92)

## DOMINICA IV PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Cum vidisset Iesus turbas, ascendit in montem; et accesserunt ad eum discipuli eius; et aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

(Cf. Mt 5, 1-3; OLM n. 70: Mt 5, 1-12a; LH<sup>2</sup> 3, 115)

Anno B

\* Stupebant omnes super doctrina Iesu; erat enim docens eos tamquam potestatem habens.

(Cf. Mc 1, 22; OLM n. 71: Mc 1, 21-28; LH<sup>2</sup> 3, 115; cf. LH<sup>1</sup> 3, 110)

Anno C

Mirabantur omnes in verbis gratiae quae procedebant de ore Iesu.

(Lc 4, 22a; OLM n. 72: Lc 4, 21-30; LH<sup>2</sup> 3, 115)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, dicit Dominus.  
(Mt 5, 8; OLM n. 70: Mt 5, 1-12a; LH<sup>2</sup> 3, 118)

Anno B

Conquirebant inter se dicentes: Quidnam est hoc? Doctrina nova cum potestate; et spiritibus immundis imperat et oboediunt ei.  
(Cf. Mc 1, 27; OLM n. 71: Mc 1, 21-28; LH<sup>2</sup> 3, 119)

Anno C

Amen dico vobis: Nemo propheta acceptus est in patria sua.  
(Lc 4, 24; OLM n. 72: Lc 4, 21-30; LH<sup>2</sup> 3, 119)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, dicit Dominus.  
(Mt 5, 9; OLM n. 70: Mt 5, 1-12a; LH<sup>2</sup> 3, 119)

Anno B

Mirati sunt omnes, et processit rumor eius statim ubique in omnem regionem Galilaeae.  
(Mc 1, 27a. 28; OLM n. 71: Mc 1, 21-28; LH<sup>2</sup> 3, 119)

Anno C

Eiecerunt Iesum extra civitatem, ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.  
(Lc 4, 29. 30; OLM n. 72: Lc 4, 21-30; LH<sup>2</sup> 3, 119)

## DOMINICA V PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Vos estis sal terrae: quod si sal evanuerit, in quo salietur? Dicit Dominus discipulis suis.

(Mt 5, 13a; OLM n. 73: Mt 5, 13-16; LH<sup>2</sup> 3, 139)

## Anno B

Vespere autem facto, afferebant ad eum omnes male habentes, et curavit multos qui vexabantur variis languoribus.

(Mc 1, 32. 34; OLM n. 74: Mc 1, 29-39; LH<sup>2</sup> 3, 139)

## Anno C

Ascendens Iesus in navim, et sedens, docebat turbas.

(Cf. Lc 5, 3; OLM n. 75: Lc 5, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 139)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

- \* Vos estis lux mundi: luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.  
(Mt 5, 14a. 16; OLM n. 73: Mt 5, 13-16; LH<sup>2</sup> 3, 142; cf. LH<sup>1</sup> 3, 131)

## Anno B

- \* Diluculo valde surgens, egressus Iesus abiit in desertum locum, ibique orabat.  
(Mc 1, 35; OLM n. 74; Mc 1, 29-39; LH<sup>2</sup> 3, 142; cf. LH<sup>1</sup> 3, 134)

## Anno C

- \* Praeceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete.  
(Lc 5, 5b; OLM n. 75: Lc 5, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 142; cf. LH<sup>1</sup> 3, 134)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Luceat lux vestra sicut lucerna, quae ponitur super candelabrum,  
ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

(Cf. Mt 5, 15; OLM n. 73: Mt 5, 13-16; LH<sup>2</sup> 3, 143)

Anno B

Simon et qui cum illo erant dicebant: Omnes quaerunt te! Et ait  
illis: Eamus alibi ut et ibi praedicem: ad hoc enim veni.

(Cf. Mc 1, 36. 37. 38; OLM n. 74: Mc 1, 29-39; LH<sup>2</sup> 3, 143)

Anno C

Exi a me, quia homo peccator sum, dixit Petrus ad Iesum. Noli  
timere, ex hoc iam homines eris capiens.

(Lc 5, 8. 10b; OLM n. 75: Lc 5, 1-11; LH<sup>2</sup> 3, 143)

## DOMINICA VI PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum,  
dicit Dominus.

(Mt 5, 19b; OLM n. 76: Mt 5, 17-37; LH<sup>2</sup> 3, 164)

Anno B

\* Domine, si vis, potes me mandare. Et ait Iesus: Volo, mundare.  
(Mc 1, 40b. 41b; OLM n. 77: Mc 1, 40-45; LH<sup>2</sup> 3, 164;  
LH<sup>1</sup> 3, 158)

Anno C

\* Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc  
esuritis, quia saturabimini.

(Lc 6, 20b. 21a; OLM n. 78: Lc 6, 17. 20-26; LH<sup>2</sup> 3, 164;  
LH<sup>1</sup> 3, 158)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

(Mt 5, 20; OLM n. 76: Mt 5, 17-37; LH<sup>2</sup> 3, 167)

Anno B

Iesus misertus extendens manum suam tetigit leprosum, et statim discessit ab eo lepra, et mundatus est.

(Mc 1, 41a. 42; OLM n. 77: Mc 1, 40-45; LH<sup>2</sup> 3, 167)

Anno C

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, dicit Dominus.

(Lc 6, 21b; OLM n. 78: Lc 6, 17. 20-26; LH<sup>2</sup> 3, 168)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

\* Si offers munus tuum ante altare et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversus te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo; et tunc veniens offer munus tuum, alleluia.

(Mt 5, 23-24; OLM n. 76: Mt 5, 17-37; LH<sup>2</sup> 3, 168; LH<sup>1</sup> 3, 155)

Anno B

Vide nemini quidquam dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti, in testimonium illis. At ille egressus coepit praedicare multum et diffamare sermone.

(Mc 5, 44. 45a; OLM n. 77: Mc 1, 40-45; LH<sup>2</sup> 3, 168)

Anno C

Beati eritis, cum vos oderint homines propter Filium hominis: gaudete et exsultate, ecce enim merces vestra multa est in caelo.

(Cf. Lc 6, 22. 23a; OLM n. 78: Lc 6, 17. 20-26; LH<sup>2</sup> 3, 168)

## DOMINICA VII PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Diligite inimicos vestros et orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est.

(Mt 5, 44b-45a; OLM n. 79: Mt 5, 38-48; LH<sup>2</sup> 3, 190)

Anno B

Veniunt ferentes ad Iesum paralyticum. Cum vidisset fidem illorum, ait Iesus paralytico: Fili, dimittuntur peccata tua.

(Mc 2, 3. 5; OLM n. 80: Mc 2, 1-12; LH<sup>2</sup> 3, 190)

Anno C

Prout vultis ut faciant vobis homines, facite illis similiter, dicit Dominus.

(Lc 6, 31; OLM n. 81: Lc 6, 27-38; LH<sup>2</sup> 3, 190)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Pater vester solem suum oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniustos.

(Mt 5, 45b; OLM n. 79: Mt 5, 38-48; LH<sup>2</sup> 3, 194)

Anno B

Dixit Iesus: Ut sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum et vade in domum tuam.

(Mc 2, 10-11; OLM n. 80: Mc 2, 1-12; LH<sup>2</sup> 3, 194)

Anno C

\* Nolite iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicaveritis iudicabimini, dicit Dominus.

(Cf. Lc 6, 37a; OLM n. 81: Lc 6, 27-38; LH<sup>2</sup> 3, 194; LH<sup>1</sup> 3, 180)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Estote vos perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est, dicit Dominus.

(Mt 5, 48; OLM n. 79: Mt 5, 38-48; LH<sup>2</sup> 3, 194)

## Anno B

\* Tulit paralyticus lectum suum, in quo iacebat, magnificans Deum; et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

(Cf. Mc 2, 12; OLM n. 80: Mc 2, 1-12; LH<sup>2</sup> 3, 195; LH<sup>1</sup> 3, 180)

## Anno C

Dimittite et dimittimini; date, et dabitur vobis. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.

(Lc 6, 37b-38b; OLM n. 81: Lc 6, 27-38; LH<sup>2</sup> 3, 195)

## DOMINICA VIII PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt, et Pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

(Mt 6, 26; OLM n. 82: Mt 6, 24-34; LH<sup>2</sup> 3, 218)

## Anno B

Quanto tempore habent secum convivae sponsum, non possunt ieiunare, dicit Dominus.

(Mc 2, 19b; OLM n. 83: Mc 2, 18-22; LH<sup>2</sup> 3, 218)

## Anno C

Eice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam quae est in oculo fratris tui, dicit Dominus.

(Lc 6, 42b; OLM n. 84: Lc 6, 39-45; LH<sup>2</sup> 3, 218)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim Pater vester caelestis quid vobis necesse sit!

(Mt 6, 31. 32b; OLM n. 82: Mt 6, 24-34; LH<sup>2</sup> 3, 222)

Anno B

Loquar ad cor tuum: Sponsabo te mihi in fide, et cognosces Dominum.

(Cf. Os 2, 16c. 22; OLM n. 83: Mc 2, 18-22; LH<sup>2</sup> 3, 222)

Anno C

\* Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.

(Cf. Lc 6, 43; OLM n. 84: Lc 6, 39-45; LH<sup>2</sup> 3, 222; LH<sup>1</sup> 3, 207)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

\* Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis.

(Mt 6, 33; OLM n. 82: Mt 6, 24-34; LH<sup>2</sup> 3, 223; LH<sup>1</sup> 3, 203)

Anno B

\* Nemo mittit vinum novum in utres veteres, sed vinum novum in utres novos mitti debet.

(Cf. Mc 2, 22; OLM n. 83: Mc 2, 18-22; LH<sup>2</sup> 3, 223; LH<sup>1</sup> 3, 206)

Anno C

Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum: ex abundantia enim cordis os eius loquitur.

(Lc 6, 45; OLM n. 84: Lc 6, 39-45; LH<sup>2</sup> 3, 223)

## DOMINICA IX PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

- \* Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

(Cf. Mt 7, 21; OLM n. 85: Mt 7, 21-27; LH<sup>2</sup> 3, 245; LH<sup>1</sup> 3, 226)

## Anno B

- \* Sabbatum propter hominem factum est, et non homo propter sabbatum, dicit Dominus.

(Mc 2, 27; OLM n. 86: Mc 2, 23—3, 6; LH<sup>2</sup> 3, 245; LH<sup>1</sup> 3, 229)

## Anno C

Cum audisset centurio de Iesu, misit ad eum seniores Iudaeorum, rogans eum, ut veniret et salvaret servum eius.

(Lc 7, 3; OLM n. 87: Lc 7, 1-10; LH<sup>2</sup> 3, 245)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Omnis qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

(Mt 7, 24; OLM n. 85: Mt 7, 21-27; LH<sup>2</sup> 3, 249)

## Anno B

Respondit Iesus pharisaeis: Dominus est Filius hominis etiam sabbati.

(Mc 2, 28; OLM n. 86: Mc 2, 23—3, 6; LH<sup>2</sup> 3, 249)

## Anno C

- \* Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.

(Cf. Lc 7, 6. 7; OLM n. 87: Lc 7, 1-10; LH<sup>2</sup> 3, 249; LH<sup>1</sup> 3, 229)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Flumina et venti irruerunt in domum sapientis et non cecidit: fundata enim erat supra petram.

(Cf. Mt 7, 25; OLM n. 85: Mt 7, 21-27; LH<sup>2</sup> 3, 250)

Anno B

Dicit Iesus homini habenti manum aridam: Extende manum. Et extendit, et restituta est manus eius.

(Mc 3, 5b; OLM n. 86: Mc 2, 23—3, 6; LH<sup>2</sup> 3, 250)

Anno C

Iesus miratus est centurionem, et ait: Dico vobis, nec in Israel tantam fidem inveni. Et reversi qui missi fuerant domum, inveniunt servum sanum.

(Lc 7, 9-10; OLM n. 87: Lc 7, 1-10; LH<sup>2</sup> 3, 250)

## DOMINICA X PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Cum transiret Iesus, vidit hominem sedentem in teloneo, Matthaeo nomine, et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.

(Mt 9, 9; OLM n. 88: Mt 9, 9-13; LH<sup>2</sup> 3, 272)

Anno B

Si in digito Dei eicio daemonia, profecto pervenit in vos regnum Dei.

(Lc 11, 20. [cf. Mc 3, 23-25]; OLM n. 89: Mc 3, 20-35; LH<sup>2</sup> 3, 272)

## Anno C

Cum vidisset Dominus viduam, misericordia motus super ea dixit illi: Noli flere.

(Lc 7, 13; OLM n. 90: Lc 7, 11-17; LH<sup>2</sup> 3, 272)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Multi publicani et peccatores venientes simul discumbebant cum Iesu et discipulis eius.

(Mt 9, 10b; OLM n. 88: Mt 9, 9-13; LH<sup>2</sup> 3, 275)

## Anno B

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet.

(Lc 11, 21. [cf. Mc 3, 27]; OLM n. 89: Mc 3, 20-35; LH<sup>2</sup> 3, 275)

## Anno C

Adulescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, et coepit loqui; et dedit illum matri suae.

(Lc 7, 14b-15; OLM n. 90: Lc 7, 11-17; LH<sup>2</sup> 3, 275)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

\* Misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

(Mt 9, 13; OLM n. 88: Mt 9, 9-13; LH<sup>2</sup> 3, 276; LH<sup>1</sup> 3, 249)

## Anno B

Qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, et soror mea et mater est, dicit Dominus.

(Mc 3, 35; OLM n. 89: Mc 3, 20-35; LH<sup>2</sup> 3, 276)

## Anno C

Propheta magnus surrexit in nobis, et Deus visitavit plebem suam.

(Lc 7, 16b; OLM n. 90: Lc 7, 11-17; LH<sup>2</sup> 3, 276)

## DOMINICA XI PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Videns Iesus turbas, misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem.

(Mt 9, 36; OLM n. 91: Mt 9, 36—10, 8; LH<sup>2</sup> 3, 300)

## Anno B

Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, et semen germinet et increscat, dum nescit ille.

(Mc 4, 26. 27b; OLM n. 92: Mc 4, 26-34; LH<sup>2</sup> 3, 300)

## Anno C

Mulier, quae erat in civitate peccatrix, attulit alabastrum unguenti, et flens lacrimis rigabat pedes Iesu, et osculabatur, et unguento ungebat.

(Lc 7, 37-38; OLM n. 93: Lc 7, 36—8, 3; LH<sup>2</sup> 5, 300)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Duodecim apostolos misit Iesus, praecipiens eis et dicens: Ite ad oves, quae perierunt domus Israel.

(Mt 10, 5a. 6; OLM n. 91: Mt 9, 36—10, 8; LH<sup>2</sup> 3, 304)

## Anno B

Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod minus est omnibus seminibus; et cum seminatum fuerit ascendit et fit maius omnibus holeribus.

(Mc 4, 31-32a; OLM n. 92: Mc 4, 26-34; LH<sup>2</sup> 3, 304)

## Anno C

Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit.

(Lc 7, 47; OLM n. 93: Lc 7, 36—8, 3; LH<sup>2</sup> 3, 304)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

\* Euntes praedicate Evangelium regni: gratis accepistis, gratis date.  
(Cf. Mt 10, 7. 8b; OLM n. 91: Mt 9, 36—10, 8; LH<sup>2</sup> 3, 305; LH<sup>1</sup> 3, 275)

## Anno B

Multis parabolis loquebatur Iesus verbum. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

(Mc 4, 33a. 34b; OLM n. 92: Mc 4, 26-34; LH<sup>2</sup> 3, 305)

## Anno C

\* Dixit Iesus ad mulierem: Fides tua te salvam fecit; vade in pace.  
(Lc 7, 50; OLM n. 93: Lc 7, 36—8, 3; LH<sup>2</sup> 3, 305; LH<sup>1</sup> 3, 279)

## DOMINICA XII PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta.

(Mt 10, 26b-27; OLM n. 94: Mt 10, 26-33; LH<sup>2</sup> 3, 331)

## Anno B

\* Domine, salva nos, perimus; impera et fac, Deus, tranquillitatem.  
(Cf. Mc 4, 38; OLM n. 95: Mc 4, 35-41; LH<sup>2</sup> 3, 331; LH<sup>1</sup> 3, 307)

Anno C

Dixit Iesus discipulis suis: Vos autem quem me esse dicitis?  
Respondens Petrus dixit: Christus Dei.

(Lc 9, 20; OLM n. 96: Lc 9, 18-24; LH<sup>2</sup> 3, 331)

#### AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere,  
dicit Dominus.

(Mt 10, 30-31a; OLM n. 94: Mt 10, 26-33; LH<sup>2</sup> 3, 335)

Anno B

Exsurgens Iesus comminatus est vento et dixit mari: Tace, ob-  
mutesce. Et cessavit ventus, et facta est tranquillitas magna.

(Mc 4, 39; OLM n. 95: Mc 4, 35-41; LH<sup>2</sup> 3, 335)

Anno C

Oportet Filium hominis multa pati et reprobari, et occidi, et  
tertia die resurgere.

(Lc 9, 22; OLM n. 96: Lc 9, 18-24; LH<sup>2</sup> 3, 335)

#### AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum  
coram Patre meo, qui est in caelis.

(Cf. Mt 10, 32; OLM n. 94: Mt 10, 26-33; LH<sup>2</sup> 3, 335)

Anno B

Timuerunt discipuli magno timore et dicebant ad alterutrum:  
Quis putas est iste, quia et ventus et mare oboediunt ei.

(Mc 4, 41; OLM n. 95: Mc 4, 35-41; LH<sup>2</sup> 3, 335)

## Anno C

Qui vult venire post me, abneget seipsum et tollat crucem suam et sequatur me, dicit Dominus.

(Lc 9, 23; OLM n. 96: Lc 9, 18-24; LH<sup>2</sup> 3, 335)

## DOMINICA XIII PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus, dicit Dominus.

(Mt 10, 38; OLM n. 97: Mt 10, 37-42; LH<sup>2</sup> 3, 361)

## Anno B

Dicebat mulier intra se: Si vel vestimenta eius tetigero, salva ero.

(Mc 5, 28; OLM n. 98: Mc 5, 21-43; LH<sup>2</sup> 3, 361)

## Anno C

Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos. Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.

(Lc 9, 58; OLM n. 99: Lc 9, 51-62; LH<sup>2</sup> 3, 361)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Qui recipit vos me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit.

(Mt 10, 40; OLM n. 97: Mt 10, 37-42; LH<sup>2</sup> 3, 365)

## Anno B

Iesus conversus et videns mulierem dixit: Filia, fides tua te salvam fecit; vade in pace.

(Cf. Mc 5, 34; OLM n. 98: Mc 5, 21-43; LH<sup>2</sup> 3, 365)

## Anno C

Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annuntia regnum Dei.

(Lc 9, 60; OLM n. 99: Lc 9, 51-62; LH<sup>2</sup> 3, 365)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

(Mt 10, 41; OLM n. 97: Mt 10, 37-42; LH<sup>2</sup> 3, 366)

## Anno B

Puella non est mortua, sed dormit. Et tenens manum puellae ait illi: Puella, tibi dico, surge.

(Mc 5, 39b. 41; OLM n. 98: Mc 5, 21-43; LH<sup>2</sup> 3, 366)

## Anno C

Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro, aptus est regno Dei, dicit Dominus.

(Lc 9, 62; OLM n. 99: Lc 9, 51-62; LH<sup>2</sup> 3, 366)

## DOMINICA XIV PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis.

(Mt 11, 25; OLM n. 100: Mt 11, 25-30; LH<sup>2</sup> 3, 391)

## Anno B

- \* Multi audientes admirabantur in doctrina Iesu, dicentes: Unde huic haec omnia? Nonne iste est faber, filius Mariae?  
(Mc 6, 2b. 3a; OLM n. 101: Mc 6, 1—6; LH<sup>2</sup> 3, 391; LH<sup>1</sup> 3, 364)

## Anno C

- \* Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.  
(Lc 10, 2; OLM n. 102: Lc 10, 1-12. 17-20; LH<sup>2</sup> 3, 391; LH<sup>1</sup> 3, 364)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis quietem animabus vestris.  
(Mt 11, 29; OLM n. 100: Mt 11, 25-30; LH<sup>2</sup> 3, 395)

## Anno B

Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.  
(Lc 4, 24 [cf. Mc 6, 4a]; OLM n. 101: Mc 6, 1-6; LH<sup>2</sup> 3, 396)

## Anno C

In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et requiescet super illam pax vestra.  
(Lc 10, 5. 6; OLM n. 102: Lc 10, 1-12. 17-20; LH<sup>2</sup> 3, 396)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

- \* Iugum meum suave est, et onus meum leve, dicit Dominus.  
(Mt 11, 30; OLM n. 100: Mt 11, 25-30; LH<sup>2</sup> 3, 396; LH<sup>1</sup> 3, 360)

## Anno B

Egressus Iesus e patria sua, circumibat castella in circuitu docens.  
(Cf. Mc 6, 6b; OLM n. 101: Mc 6, 1-6; LH<sup>2</sup> 3, 396)

Anno C

Gaudete et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis, dicit Dominus.

(Cf. Lc 10, 20b; OLM n. 102: Lc 10, 1-2. 17-20; LH<sup>2</sup> 3, 396)

## DOMINICA XV PER ANNUM

### AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Locutus est Iesus turbis in parabolis dicens: Ecce exiit qui seminat seminare semen suum.

(Cf. Mt 13, 3; OLM n. 103: Mt 13, 1-23; LH<sup>2</sup> 3, 421)

Anno B

Convocavit Iesus Duodecim et dedit illis potestatem in spiritus immundos.

(Mc 6, 7; OLM n. 104: Mc 6, 7-13; LH<sup>2</sup> 3, 421)

Anno C

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et proximum tuum sicut teipsum.

(Lc 10, 27; OLM n. 105: Lc 10, 25-37; LH<sup>2</sup> 3, 421)

### AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Vobis datum est nosse mysterium regni caelorum: ceteris autem in parabolis, dixit Iesus discipulis suis.

(Mt 13, 11; OLM n. 103: Mt 13, 1-23; LH<sup>2</sup> 3, 425)

Anno B

Exeuntes discipuli praedicaverunt, ut paenitentiam agerent.

(Mc 6, 12; OLM n. 104: Mc 6, 7-13; LH<sup>2</sup> 3, 425)

## Anno C

Samaritanus quidam iter faciens, venit secus illum qui inciderat in latrones, et videns eum misericordia motus est et curavit vulnera eius.

(Cf. Lc 10, 22. 34; OLM n. 105: Lc 10, 25-37; LH<sup>2</sup> 3, 425)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

\* Semen est verbum Dei, sator autem est Christus; omnis qui audit eum, manebit in aeternum.

(OLM n. 103: Mt 13, 1-23; LH<sup>2</sup> 3, 426; LH<sup>1</sup> 3, 388)

## Anno B

Daemonia multa eiciebant discipuli et ungebant oleo multos aegrotos et sanabant.

(Mc 6, 13; OLM n. 104: Mc 6, 7-13; LH<sup>2</sup> 3, 426)

## Anno C

Quis tibi videtur proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? Et ait illi: Qui fecit misericordiam in illum. Vade et tu fac similiter.

(Lc 10, 36-37; OLM n. 105: Lc 10, 25-37; LH<sup>2</sup> 3, 426)

## DOMINICA XVI PER ANNUM

## AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum, dicit Dominus.

(Mt 13, 30b; OLM n. 106: Mt 13, 24-43; LH<sup>2</sup> 3, 452)

## Anno B

Convenientes apostoli ad Iesum, renuntiaverunt ei omnia quae egerant et docuerant.

(Mc 6, 30; OLM n. 107: Mc 6, 30-34; LH<sup>2</sup> 3, 452)

## Anno C

Intravit Iesus in quoddam castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum.

(Lc 10, 38; OLM n. 108: Lc 10, 38-42; LH<sup>2</sup> 3, 452)

## AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

## Anno A

\* Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum.

(Mt 13, 33; OLM n. 106: Mt 13, 24-43; LH<sup>2</sup> 3, 456; LH<sup>1</sup> 3, 417)

## Anno B

Venite vos ipsi seorsum in desertum locum et requiescite pusillum, dicit Dominus.

(Mc 6, 31a; OLM n. 107: Mc 6, 30-34; LH<sup>2</sup> 3, 456)

## Anno C

Maria sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.

(Lc 10, 39; OLM n. 108: Lc 10, 38-42; LH<sup>2</sup> 3, 456)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

In consummatione saeculi, fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.

(Mt 13, 40b. 43a; OLM n. 106: Mt 13, 24-43; LH<sup>2</sup> 3, 456)

## Anno B

Vidit Iesus multam turbam et misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem.

(Mc 6, 34; OLM n. 107: Mc 6, 30-34; LH<sup>2</sup> 3, 456)

Anno C

\* Optimam partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea in aeternum.

(Lc 10, 42b; OLM n. 108: Lc 10, 38-42; LH<sup>2</sup> 3, 456)

DOMINICA XVII PER ANNUM

AD I VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

Anno A

Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Inventa una pretiosa, abiit et vendidit omnia quae habuit, et emit eam.

(Mt 13, 45-46; OLM n. 109: Mt 13, 44-52; LH<sup>2</sup> 3, 476)

Anno B

Cum sublevasset oculos Iesus, et vidisset maximam multitudinem venientem ad se, dixit ad Philippum: Unde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

(Io 6, 5-6; OLM n. 110: Io 6, 1-15; LH<sup>2</sup> 3, 476)

Anno C

Cum esset Iesus in quodam loco orans, dixit unus ex discipulis suis ad eum: Domine, doce nos orare.

(Lc 11, 1; OLM n. 111: Lc 11, 1-13; LH<sup>2</sup> 3, 476)

AD LAUDES MATUTINAS

*Ad Benedictus, ant.*

Anno A

Simile est regnum caelorum sagenae missae in mare; quam cum impleta esset, educentes secus litus et sedentes collegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.

(Mt 13, 47. 48; OLM n. 109: Mt 13, 44-52; LH<sup>2</sup> 3, 478)

## Anno B

Satiavit Dominus quinque milia hominum, de quinque panibus et duobus piscibus.

(Cf. Io 6; OLM n. 110: Io 6, 1-15; LH<sup>2</sup> 3, 478)

## Anno C

Petite, et dabitur vobis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis.

(Lc 11, 9; OLM n. 111: Lc 11, 1-13; LH<sup>2</sup> 3, 478)

## AD II VESPERAS

*Ad Magnificat, ant.*

## Anno A

Omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

(Mt 13, 52; OLM n. 109: Mt 13, 44-52; LH<sup>2</sup> 3, 478)

## Anno B

Illi homines, cum vidissent, quod facerat Iesus signum, dicebant:  
Hic est vere propheta, qui venit in mundum!

(Io 6, 14; OLM n. 110: Io 6, 1-15; LH<sup>2</sup> 3, 478)

## Anno C

Si vos, cum sitis mali, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater de caelo dabit Spiritum Sanctum petentibus se!

(Lc 11, 13; OLM n. 111: Lc 11, 1-13; LH<sup>2</sup> 3, 479)

## SUMMARIUM DECRETORUM

(a die 26 ianuarii ad diem 15 februarii 1988)

I. CONFIRMATIO DELIBERATIONUM CONFERENTIARUM EPISCOPORUM  
CIRCA INTERPRETATIONES POPULARES

## ASIA

## India

**Decreta particularia**, *Regio «Bihar-Andamans»*, 9 februarii 1988 (Prot. 1072/87): confirmatur interpretatio *oraon* Ordinis Missae, necnon Precum eucharisticarum I, II et III Missalis Romani, et Precum eucharisticarum pro Missis cum pueris, atque formularum sacramentalium pro consecratione panis et vini.

## EUROPA

## Germania

**Decreta particularia**, *Dresdensis-Misnensis*, 15 februarii 1988 (Prot. 992/85): confirmatur interpretatio *sorbica* formularum sacramentalium Eucharistiae.

## Italia

**Decreta particularia**, *Tergestina*, 30 ianuarii 1988 (Prot. 116/87): confirmatur textus *latinus* et *italicus* Proprii Missarum et Liturgiae Horarum.

## Iugoslavia

**Decreta generalia**, 14 februarii 1988 (Prot. 265/88): confirmatur *ad triennium* interpretatio *croatica* Collectionis Missarum de beata Maria Virgine.

## Slovachia

**Decreta generalia**, 15 februarii 1988 (Prot. 1372/87): confirmatur *ad interim* et ad usum Societatis Verbi Divini Provinciae in Slovachia interpretatio *slovaca* Proprii Missae et Liturgiae Horarum in honorem Beatorum Arnoldi Janssen et Iosephi Freinademetz, presbyterorum.

## II. CONFIRMATIO TEXTUUM PROPRIORUM RELIGIOSORUM

« Benedettine dell'adorazione perpetua del SS.mo Sacramento - Federazione "Gruppo di Ghiffa" », 9 februarii 1988 (Prot. 205/87): confirmatur textus proprius, lingua *italica* exaratus, Ordinis Professionis Religiosae.

Institutum Sororum pauperum a S. Catharina Senensi, 9 februarii 1988 (Prot. 1142/87): confirmatur textus *italicus* orationis collectae Beatae Savinae Petrilli.

Parvum Opus Divinae Providentiae, 15 februarii 1988 (Prot. 1304/87): confirmatur textus proprius, lingua *italica* exaratus, Ordinis Professionis Religiosae.

## III. CALENDARIA PARTICULARIA

### *Nationes*

Chiliae dioeceseos, 2 februarii 1988 (Prot. 253/88): conceditur ut in Calendario Proprium dioecesium Chiliae inseri valeat celebratio beatae Mariae Virginis a Mercede, quotannis die 24 septembris gradu *memoriae ad libitum* peragenda.

### *Familiae religiosae*

Ordo Fratrum Minorum, 2 februarii 1988 (Prot. 254/88): conceditur ut die 7 mensis februarii 1988 in ecclesia cathedrali Tarentina celebrari possit una Missa in honorem Beati Aegidii Mariae a Sancto Ioseph, adhibito formulario a Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino die 25 februarii 1976 (Prot. CD 223/75) confirmato, occurrentia cum celebratione dominicae V per annum haud obstante.

Ordo Fratrum Minorum Capuccinorum - Provincia Picena, 2 februarii 1988 (Prot. 189/88): conceditur ut in Calendario Provinciae Picenae celebratio memoriae beatae Mariae Virginis Matris Gratiae a die 8 maii ad diem 26 iunii transferri valeat.

## IV. INCORONATIONES

Lublinensis, 28 ianuarii 1988 (Prot. 1354/87): conceditur ut gratiosa Imago beatae Mariae Virginis Lublinensis, quae in ecclesia cathedrali veneratur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

## V. PATRONI CONFIRMATIO

**Castellanetensis**, 3 februarii 1988 (Prot. 252/88): confirmatur electio Sancti Francisci de Paola, eremitae, civitatis et dioecesis Castellanetensis apud Deum Patroni secundarii.

## VI. MISSAE VOTIVAE IN SANCTUARIIS

**Ordo Sancti Pauli Eremitae**, 5 februarii 1988 (Prot. 266/88): conceditur ut in ecclesia sanctuario beatae Mariae Virginis, quod in loco v.d. « Biechowo » invenitur, celebrari possit, singulis per annum diebus, Missa votiva beatae Mariae Virginis, Matris de consolatione, sed *tantum* pro peregrinis sacerdotibus, aut quoties ipsa petita Missa votiva in peregrinantium favorem dicatur, *dummodo* non occurrat dies liturgicus in nn. I, 1-4; II, 5-6 tabulae praecedentiae inscriptus (cf. « Normae universales de Anno liturgico et de Calendario », n. 59, I et II).

## VII. DECRETA VARIA

**Tellicherriensis**, 26 ianuarii 1988 (Prot. 132/88): conceditur ut nova ecclesia paroecialis in loco v.d. « Kamballoor » aedificanda, Deo dedicari valeat in honorem Beatae Alphonsae ab Immaculata Conceptione, virginis, servatis tamen omnibus Apostolicae Sedis praescriptionibus, cultum Beatorum respicientibus.

**Vietnamenses dioeceses**, 27 ianuarii 1988 (Prot. 215/88): conceditur ut, occasione oblata Canonizationis Beatorum Andreae Dung-Lac, presbyteri, et sociorum, martyrum, sive Romae, sive in omnibus ecclesiis in Viet-Nam, necnon in ecclesiis communitatum vietnamensium extra patriam degentium, atque in ecclesiis Ordinis Fratrum Praedicatorum et Societatis pariensis missionum ad exteris gentes, necnon in ecclesiis dioecesium nataliciarum martyrum missionariorum, liturgicae celebrationes in honorem novorum Sanctorum, iuxta « normas de celebrationibus in honorem alicuius Sancti congruo tempore post Canonizationem », intra annum a Canonizatione peragi valeant.

## LITURGIA E PIETÀ POPOLARE

La problematica, della quale vogliamo parlare qui, può essere concentrata in questa domanda: se colui che agisce liturgicamente (cioè celebra l'azione eucaristica, amministra i sacramenti, celebra, anche privatamente, la Liturgia delle Ore ecc.) abbia ancora bisogno di altre forme di preghiera, anzitutto di forme della « devozione popolare », ovvero se basta l'azione liturgica stessa, per essere pio, per realizzare una vita di preghiera.

A questa domanda, mi pare, la Costituzione Liturgica SC ha già dato una risposta molto equilibrata.

Da una parte sembra che la Liturgia basta, siccome « ... summe eo confert ut fideles vivendo expriment et aliis manifestent mysterium Christi ... » (SC 2). Nello stesso senso parlano le spiegazioni di SC 6 e 7, dove alla fine vien detto: « Proinde omnis liturgica celebratio ... nulla alia actio Ecclesiae adaequat ». Ma SC 9 asserisce pure: « Sacra Liturgia non explet totam actionem Ecclesiae ... »; per esempio è necessario prepararsi alla celebrazione con la fede, la conversione; è necessario « servare omnia quaecumque mandavit Christus ... », essere pronti « ad omnia opera caritatis, pietatis et apostolatus ... ». Non di meno, la Liturgia è « culmen et fons », secondo SC 10. Tutto deve tendere a quella azione, nella quale noi, « per baptismum filii Dei facti, in unum conveniamus ... », per lodare Dio in mezzo della comunità ecclesiale.

Però i fedeli devono partecipare alla celebrazione « scienter actuose et fructuose », secondo SC 11, quindi prepararsi per essere pronti a venire alla azione liturgica « cum recti animi dispositionibus ».

Finalmente viene detto espressamente: « Vita tamen spiritualis non unius sacrae Liturgiae participatione continetur »: SC 12. I singoli fedeli devono pregare non soltanto nella comunità liturgica, ma anche da soli; ciascuno deve « intrare in cubiculum suum ut Patrem in abscondito oret » (SC 12), anzi « sine intermissione orare » (*ib.*). Per tutto ciò i « pia populi christiani exercitia » possono essere un aiuto

valido, però sotto la condizione « ut sacrae Liturgiae congruant » (SC 13).

Tutto ciò è già conosciuto; ma per vedere bene il vero significato di questa dottrina può essere utile di presentare le seguenti considerazioni.

## I

La problematica della quale si tratta è stata viva già negli inizi del Movimento Liturgico dei nostri giorni. Dom M. Festugière OSB ne parlava già nel 1913<sup>1</sup>, esagerando però il fattore oggettivo in tal modo che altri,<sup>2</sup> con ragione, energicamente dovevano protestare. Dom L. Beauduin OSB cercava di riconciliare le posizioni estreme con un piccolo libro eccellente del 1914.<sup>3</sup>

Dopo la guerra R. Guardini presentava la problematica nella prospettiva del suo pensiero fondamentale del « Gegensatz ».<sup>4</sup> L'articolo è ancora oggi di grande valore.<sup>5</sup> Quello che ci interessa qui è: Guardini dice: nella realtà della pietà cristiana la Liturgia e la devozione popolare non si escludono negativamente, ma si completano fra di loro positivamente.

Però il primo editore della Rivista, Odo Casel, ha aggiunto all'articolo di Guardini una nota celebre,<sup>6</sup> dove diceva: non così; ma nella prospettiva del « Gegensatz » dovremmo dire: il complemento opposto nella realtà della pietà cristiana è la risposta personale; alla Liturgia, come al fattore oggettivo, deve corrispondere la risposta personale, come fattore soggettivo. Benché in un primo momento Guardini fu offeso e si separava dal Casel (come co-editore del JLw), pochi anni dopo accettava la posizione del Casel, sottolineando però che fra questi due fattori, l'oggettivo e il soggettivo, in mezzo a loro, si

<sup>1</sup> *La liturgie catholique, essai de synthèse, suivi de quelques développements*. Estratto dalla «Revue de Philosophie», maggio-luglio 1913, Maredsous 1913.

<sup>2</sup> J.-J. NAVATEL SJ, *L'apostolat liturgique et la piété personnelle*, Etudes 1913, p. 449 ss (citato dal Guardini, JLw 1 [1921] 122, 1); L. PEETERS SJ, *Spiritualité « Ignatienne » et « Piété liturgique »*, Tournai, Castermann 1914.

<sup>3</sup> L. BEAUDIN OSB, *La piété de l'Eglise, principes et faits*, Louvain, Maredsous 1914.

<sup>4</sup> Forse = « opposizione relativa ». Cf. sull'importanza del pensiero H.-B. GERL, *Romano Guardini, 1885-1968*, « Leben und Werk », Mainz 1985, pp. 250-266.

<sup>5</sup> *Das Objektive im Gebetsleben*, Zu P. M. FESTUGIÈRS, « Lit. cath. », in JLw 1 (1921) 117-125; cf. GERL, *op. cit.*, 127-130.

<sup>6</sup> JLw 1 (1921) 125, 1.

trovano le « devozioni popolari » come un elemento di aiuto, di grande valore. Nella grande crisi del Movimento Liturgico nei paesi di lingua tedesca degli anni 1938 fino al 1940 egli diceva in una lettera a Mons. A. Stohr, vescovo di Magonza: « La liturgia è importante; importante però e necessaria è anche la vita religiosa personale ... Fra questa preghiera personale e la preghiera liturgica si trova come regione speciale, autentica, la "Volksandacht", come si presenta anzitutto nei nostri "Gesambücher" ... », <sup>7</sup> cioè, più o meno, quello che la SC 13 definirà più tardi come « pia populi christiani exercitia », raccolti e presentati dai vescovi di lingua tedesca nei libri diocesani di preghiera e canto. Questa posizione del Guardini, così equilibrata, è stata di grande importanza in quegli anni critici. Non di meno la problematica rimane ancora oggi, nei problemi della riforma liturgica dopo il Concilio. Perciò è necessario metterla in un contesto più ampio.

## II

### GLI INSEGNAMENTI DELLA STORIA

Anzitutto li troviamo nel Nuovo Testamento. Gesù il Signore veniva da un popolo che sapeva pregare.<sup>8</sup> Egli stesso pregava, nella sinagoga nel tempio e da solo; i discepoli gli domandavano: « Signore, insegnaci a pregare! » (*Lc* 11, 1). Egli rispondendo dava come modello il « Padre nostro » (*Lc* 11, 2-4; *Mt* 6, 9-13). Nell'incontro con il Risorto lo Spirito di Cristo comunicava agli Apostoli la possibilità di pregare, insegnando loro a gridare: Abba, Padre » (*Rom* 8, 15; *Gal* 4, 6). « Lo Spirito è il nesso che unisce le forme molteplici di preghiera nella Chiesa primeva, il balbettare carismatico come il canto innico, le reunioni carismatiche come la preghiera semplice privata, la cima della Cena sacra come il "semper orare" di ogni giorno ..., avvenimenti carismatici come la franchezza dell'incontro libero con Dio ... ».<sup>9</sup>

Dalla spontaneità di queste forme cresceva ben presto nei secoli seguenti una preghiera istituzionalizzata della comunità ecclesiale, ben

<sup>7</sup> Ristampato nel libro di ROMANO GUARDINI, *Liturgie und liturgische Bildung*, Würzburg 1966, 193-213. La citazione, tradotta da me, si trova in p. 212. Cf. anche GERL, *l.c.*, 324 s.

<sup>8</sup> Espressione ben conosciuta; cf. W. HILLMANN, in *LThK* 4 (1960) 540 s.

<sup>9</sup> J. SUDBRACK, in « *Sacramentum mundi* » 2 (1968) 162 s.

distinta dalle forme di una preghiera piuttosto personale, benché anche essa sempre unita nello Spirito alla Chiesa. E. v. Severus descrive questo sviluppo nel suo trattato ampio sulla « Preghiera ».<sup>10</sup> Insistiamo anzitutto sul capitolo « fondazione della tradizione » (1207-1219), nella dottrina di Clemente Alessandrino e Origenes. Descrivendo la prassi concreta parla dei tempi, dei testi, del luogo, dei costumi concreti, dei gesti della preghiera, come loro la conoscevano e descrivevano (1219-1234). Egli cita pure trattati specifici sulla preghiera, anzitutto sulla « oratio dominica » (1234-1248), cioè di Tertulliano, Cipriano, Origenes, con le conseguenze nei tempi seguenti fra Greci e Latini. Finalmente parla pure della preghiera dei primi monaci, nel deserto, e poi anche nei primi cenobii. Tutto questo è riassunto in un capitolo sulle forme diverse della preghiera in un prospetto sistematico (1250-1256): Preghiera pubblica, cioè Cena del Signore, uffizi di parola, « Agape », riti sacramentali, uffizio delle Ore durante il giorno; ma anche preghiera (piuttosto) « privata », cioè la recita del Padre nostro e il Salterio, la preghiera giaculatoria e forme simili. Riassumendo egli può dire: Il Padre nostro e il Salterio sono stati i nodi i quali hanno congiunto la preghiera pubblica e privata, liturgica e personale (1254). Benché anche in questi tempi dello zelo primevo le difficoltà non sono mancate, possiamo nondimeno dire, che qui le due forme principali rimanevano congiunte fra di loro in forma ideale.

Dalla teologia e dalla prassi di questi primi secoli è poi cresciuta anche la *Regula Benedicti* (= RB). Questo documento dove vien proclamata la solenne sentenza « *Nihil operi Dei praeponatur* » (43, 3),<sup>11</sup> è pure la testimonianza della sintesi perfetta nella vita di preghiera: non soltanto si insiste sulla vitalità e la autenticità della salmodia comune con le parole: « ... sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostrae » (c. 19, 7), ma si prescrive anche, che coloro che non possono partecipare alla preghiera comune, devono pregare da soli « *cum tremore divino flectentes genua* » (c. 50, 3). Inoltre la RB aggiunge tutto un capitolo « *De reverentia orationis* » (c. 20), dove parla esplicitamente della preghiera silenziosa dell'individuo dopo il canto dei salmi; questa preghiera deve essere fatta « non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum », perciò « *brevis debet esse et pura ... nisi forte ex affectu inspirationis divinae*

<sup>10</sup> In RAC 8 (1972) (1134) 1169-1258.

<sup>11</sup> Cito secondo l'edizione del R. HANSLIK, in CSEL 75 (1977).

gratiae protendatur » (c. 20). La RB parla inoltre espressamente di un fratello, « qui forte sibi peculiariter vult orare » (c. 52), anche dopo e fuori dell'Opus Dei; « simpliciter intret et oret, non in clamosa voce, sed in lacrimis et intentione cordis » (c. 52, 4). Anzi, sembra che durante lo stesso Opus Dei vien creato un luogo per questa preghiera silenziosa, quando nel capitolo « De reverentia orationis » è prescritto, che « in conventu tamen omnino brevietur oratio et factio signo a priore omnes pariter surgant » (c. 20, 5).

La tradizione conosceva dappertutto questa preghiera personale, silenziosa, fatta con tutta l'energia del cuore, che doveva seguire i salmi, la preghiera ufficiale e comune. Per citare i pochi esempi: Cassiano ne parla<sup>12</sup> e la Peregrinatio Aetheriae;<sup>13</sup> di una maniera più esplicita la chiede come un'elemento necessario la Regula Magistri.<sup>14</sup> La RB ne parla assai riservatamente, ma insiste non di meno sulla interiorità, la forma silenziosa, presto finita da un segno del superiore, la preghiera personale.

Poco a poco però, questa preghiera silenziosa sembra di aver perduto la sua importanza. L'editore della Regula Magistri, D. A. de Vogué, parla di un'« horreur de vide »;<sup>15</sup> poco a poco fu sostituito a quest'atto personale una preghiera formale, esplicita.<sup>16</sup> Una di queste forme formali, quindi di nuovo un elemento oggettivo, è stata la « collecta psalmica », per se un'elemento di gran valore,<sup>17</sup> però di nuovo un'elemento oggettivo, aiuto piuttosto valido per l'interpretazione cristologica del salmo, per applicarlo alla vita personale di colui che ha recitato il salmo. È stato inoltre un'aiuto per continuare la recitazione

<sup>12</sup> *Institutiones* 2, 2; 11; 7: ed. Petschenig, in CSEL 17, 22; 26; 23 Inst. 3, 7 (*l.c.*, 41).

<sup>13</sup> Ed. P. GEYER: CSEL 39, p. 71: c. 24, 1; p. 73: c. 24, 8 e p. 74: c. 24, 11 s.

<sup>14</sup> Ed A. de VOGUE: « Sources Chrét. » 105-107 (1964/65), vol. I. 49 ss; 65-86, anzitutto 84 s; 56, 2; 70.

<sup>15</sup> *L.c.*, 84 s.

<sup>16</sup> Invece del segno del superiore per finire, del quale parla la RB, si finisce con una oratio formale; cf. il n. seguente.

<sup>17</sup> Cf. anzitutto l'edizione critica di Brou-Wilmart, nel vol. 83 della HBS, *The Psalter Collects, from V-VIth Century Sources (Three Series)* con la introduzione di L. Brou, 9-70. Una prima edizione aveva già presentato il santo Cardinale Jos. M. Thomasius, nella edizione dell'oratoriano J. Blanchini (Giuseppe Bianchini), *Psalterium cum canticis* II/1 (sec. 18.) 157-406.

del salmo in una preghiera continua,<sup>18</sup> nella tendenza verso una preghiera senza formule, silenziosa, *ex corde*, oppure finalmente verso una preghiera con brevissime formule sempre ripetute, come per esempio la « preghiera di Gesù ».<sup>19</sup>

